

F.K.53.91

Yd  
1719

De Nicolao Commerstadio et Joanne Tettelbackio  
primis illustris Africæ Pastoribus.

ΕΣΤΑΙ ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ  
  
ΚΑΛΟΝ ΒΑΘΜΟΝ  
TRIVMVIRIS REVERENDIS  
NIMIRVM  
DE CHRISTIANA CONCIONE  
ET BENE MERITO  
M. CHRISTOPHOR. HENRICO  
VVINCLERO  
ΚΑΛΩΣ ΠΡΕΣΒΕΤΕΡΑΝΤΙ  
ET BENE MERENTI  
M. CHRISTIANO KAESTNERO  
ΚΑΛΩΣ ΔΙΑΚΟΝΗΣΑΝΤΙ  
ET BENE MERITVRO  
IOANNI CHRISTIANO  
VVIRTHGENIO  
ΚΑΛΩΣ ΔΙΑΚΟΝΗΣΟΝΤΙ

SACRO MICHAELIS 1751  
GRATVLATVR

AFRA

DRESDAE  
EX OFFICINA HARPETERIANA.





Nouo quodam triplicique beneficio Vos, ANGELI Tres Ecclesiae, terfanctam Triada concelebrantes, dies hic Michaeli facer ornat. Nam quod longissime potest mens mea respicere duorum spatium saeculorum, & illustri afranei memoriam recordari ultimam, inde usque repetens uideo, nulli contigisse Pastor, ut domestica Generi consuetudine frueretur. Nulli Diacono gregis huius tantus habitus est honos, Pastor ut eidem praeficeretur. Nulli scholæ Misnensis Correctori mandatum in hac aede sacerdotium est. Dinumero, dum a Vobis recesso, XIII Pastores, Diaconos fere XVI; sed horum illis successit nemo. Cum primum dux Mauritiu[m] ephebeum aperire, D. Nicolaus Commerfadiu[m] facie superiorem locum occupauit. Patrem habuit Theodoricum, principis Bauari consiliarium et Ratisbonae collegam præfulum, qui Zabelticum Gersdorffiumque iure beneficiario possedit. Ea cum duobus filiis uno eodemque die extincto, mater Anna, ex nobili gente Beschizia, multa hic benignitas, pudicitiae, patientiae, specimen edidit, atque octogenaria maior, quinquennio ante in templo Virginis perhonorifice sepulta, incisa marmori laude, magnam sui famam reliquit. Frater etiam Georgius, natu fortunaque maior, gratia Saxoniae ducum uehementer adiutus, publicis consilii interfuit. Tertio mense prius, quam obiit mater, Ferdinandus Romanorum Rex, per codicilos, unicomi picto insignes, fratribus, Georgio, Nicolao, Joanni Commerfadiu[m] equitem contulerat dignitatem. Narrat Knauthius in Chronico Veteris Cellae, tomo quidem octauo, ad nostrum Nicolaum pecunias ex bonis Roseneinsum sacris rediisse. Diuini laboris socios progressu temporis tres vidit; sed primum & alterum, ex Afranis Canonici relictos, folata demigratio est, tertium repentina vis abstulit. Donatus enim Langus Schoenfeldiam, ephoriae Dresdeni subiectam, & Sebastianus Rueidenicius Lambertualdiam deinceps tranquillius docuit; Georgium autem Zauchium pestilenia cum uxore & sex filiis absumpsi. Deerant igitur fatali seculi sesquimillesimi anno quingagesimo secundo huic templo fulcra duo. Vocatur Joannes Tetelbachius & Philippus Mullerus, uterque praeclare meritus. Ille, Duncelspila Suevus, cum Lutherum Vitembergæ per nouem annos audiuerat, Dresdae in schola & aede ueritatem infidiis interreligionis fortiter opposuerat, hic se nihil remisit. Sub aduentum autem lues, quae femebris ab mense Junio duo millia hominum necauit, domum eius inuasit. Quo tempore cum patris familias vulneribus aliqui viderentur acerum aspersisse, Georgius Fabricius compater, cum quo musæ rusticabantur Rederæ, victorias caelestes i. e. latinas elegias, diuina veteris testamenti miracula complexas, uxore conualefcente recreato dedicauit; sicut in eundem

annum vix ingressus primis puerilis Eliae, filio Joannis, quem pietate & diligentia optimum & doctissimum laudat, nuncupauerat, ignorans, se post lustrum ex praecone affinem furum. Interiecto tempore accidit, ut Georgio Agricolae, naturae, non scripture, investigatori mortuo Terelbachius auctoritate principis sepultura interdiceret: quamobrem corpus quarto demum die Cizium aequum, atque ibi a coniuentibus in episcopal templo conditum est. Tam acriter Joannes cum fermentum errorum expurgare soleret, exacto hic vix biennio, euocatur Chemnicum, ubi tam re, quam nomine, ephorus animorum salutem curavit adeo diligenter, ut sycophantis non ferendus diceretur. Accusatur nescio cuius Flacianismi, exterminatur. Exul adit theologos Ruthenos, quorum confessioni, synergismum proliganti, subscribit. Mox in superiore Palatinatu Schuanendorfi Pastor, tandem in iuniore Burglangenfeldiae senex ephorus iustissimum sempiternum que certaminis praemium tulit.

Plene cum illo Joanne consensit hic consors perturbatissimorum temporum Philippus, qui cantor in ludo senatorio fuerat. Idem, de viribus humanis & exercito virtutum recte existimans, ostentationem Pfessingeri Lipsiensis & corpus doctrinae Melanchthonis, ab Luthero tum mortuo in utroque capite recendentis, improbavit. Oneratur odioso nomine Flaciani, quod tantum abest, ut ipsum frangat; ut uxorem etiam reddat animosorem. Nam Dorothea, e stirpe Roetigia Dresdenensis, submonentibus, ut Philippum in Philippistam conuertat, intrepide responderet: Stat, cum meo coniuge potius fordidatam abire, quam in eius aurem aliquid subdoli insuffrare. Qua de causa, cum Delilae personam suscipere nohit, fit comes exili, quo vir integerimus, ex antiatis duodecim annos laboribus, afficitur: ita tamen, ut fuga patefaciat dignitatis amplitudinem. Profugum enim uelut e naufragio famae dynastae Alsburgenfes tanquam in portum gratiae, Amfurum, recuperunt, suisque sacerdotibus praepotuerunt. Filium eius M. Ioannem Mullerum, similis exercuit fortuna: primum agnis Domini in schola Herzbergensi praefecit; tum Strehlam uocauit, ut Diaconus oves ageret. Ibi lupi uim expertus est. Officiensis captator M. Georgius Placcius, Salmuthi Lipsiensis gener idemque affinis Sartorii heu Misnenfis, praeter ceteros ueri assertores hunc detulit, abrogationi exorcismi & publicae animaduersonis in Sacramentarios aduerfantem. Ad arcendum custodia Joannem machinae adhibentur, quarum conscius fugam accelerat. Sed exturbatus altero post anno Frauensteinio, inde Oederae, denique Chemnitio, summa praeditus auctoritate, doctrinam imperit salubriorem. Sic premi veritatem, non opprimi, videmus. Vereor, haec ut charta sufficiat enarrationi uitae, quam reliqui Pastores & Diaconi huius ecclesiae cum uirtute coluerunt. Nam multa, quae hoc pertinent, cum ab aliis, accepi, tum ab amico perindustrio & in hoc genere literarum uersatissimo, M. Joanne Gottlob Frenclio, qui Blofungenum animos uoce atque exemplo sanat. Atque hanc equidem descriptionem offero Vobis, Optimi Viri, ut, siquid his rectius & plenius, noritis, candide mecum, Vestri cultore ordinis, communiceatis. Huiuscmodi contemplatio comiter monstrat Domini uias, quibus pergitis feliciter. TIBI, WINCLERE patiens admirandum in modum & prudentissime, Risseinae defatigato, pedum Afranum Deus ante sex lustra dedit. Quo impigne usus, praeclare meritis insenuisti. Tres filias bene collocasti, tertiam etiam iucunde, quae Tibi iam otio abundantia se, Generum, dulcissimosque nepotes reddit. Quamobrem Tibi, qui publice nos ad exercita fiduciae Christianae formasti, publicas ago gratias, & peropero, ut aetas decursa tranquillitas ita plena sit, ut quenadmodum olim apud Lacedaemonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, apud Afranos deinceps Tibi expediat senescere. Ac Tuae virtutis, Kaefnere facundissime, par felicitas obtigit. Cum Hermansdorffii nascere, tale nihil cogitabas. Sed parentum, imprimitis Tuae



Yd. 1719 R

X 3456.194

Monicae, precibus vehementer adiutus, in schola Crucis, in aedem Lipsiensi, in munere Dresdensi paedagogi, praefentissimam opem Dei magis ac magis sensisti. Qui Te, perspecta ubique fide, sedecim abhinc annis huc misit, ubi Tua eruditio, eloquentia, sanctitas & tolerantia rerum humanarum sic eluxit, ut emerito nunc Pastori cum succedendi spe adiungaris. Maxime praedicant Afrani, quod matrem, tacitis annis senescentem, domi tamdiu aliusti, dum satietas uitae tempus maturum mortis attulit. Utinam tantae pietatis hunc etiam frumentum capias, ut, corroborata ualeitudine, totidem annos, quot habuit illa, digne uiuendo consummas.

Nec minus fausta Tibi, Wirthgeni optimae spei ex animo precamur. Gratulamur Patri, Consuli grauissimo, Matrice fertilissimae, TE filium, Afranei doctrinis innutrum, Lipsiae politum, patriae scholae commodum, ad ornandam hanc spartam ascendere. Oramus DEVM, ut Te, Soceri & Socrus concordissime reuerentem, omnibus animi corporisque bonis cumuler, cumulatunque quam diutissime seruer.

Interea, dum in hac aeternae salutis specula Vos, excubatores pro Dei populo praestantissimi, ad obseruandum stygiorum hostium aduentum consociamini, liceat in Heliocene uerbis, numero adstrictioribus, rarissimum hodiernae laetitiae argumentum concludere:

**Llegationes, a Deo**  
Datas, obire definit  
Custos piarum mentium,  
Et, liber a negotiis,  
**In** montis huius angulo  
Fidelis orat angelus.  
Precantis hinc & hinc comes,  
Vicariam qui dicere  
Non est rudis sententiam,  
Vtramque sustinet manum.

Sustentat alter dexteram,  
Cui sancta tantae plurimum  
Crux dignitatis attulit,  
Germanus Aaron eloquens,  
Diuinus Arcularius,  
Responsa certa proxime  
A sempiterni foederis  
Referre doctus arcula.

Nec hospitale gaudium  
Negat senilis Hurius  
Leuator aegritudinis.  
Integritate nobilis  
Primus Calebi filius,  
Felix pater propagine,  
Caius nepos Bezaleel  
Speratur artifex fore,  
Tendentis ad coelum senis  
Suffulcit alteram manum.

Senes, uiri, musophili,  
Fauete, ne triumuiros  
Defensitandae ecclesiae,  
Veltris iniquos moribus,  
Hinc aura tollat ocyor:  
Iunctis eorum uiribus  
Nefandus hostis uincitur.



F.K.53.

De Nicolo Commerstadio et Joanne Tettelbackio  
primis illustris Africæ Pastoribus.

Id  
1719

# ΕΣΤΑΙ ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ

ΚΑΛΟΝ ΒΑΘΜΟΝ  
TRIVMVIRIS REVERENDIS  
NIMIRVM  
DE CHRISTIANA CONCIONE  
ET BENE MERITO

M. CHRISTOPHOR. HENRICO  
VVINCLERO

ΚΑΛΩΣ ΠΡΕΣΒΕΤΣΑΝΤΙ

ΕΤ ΒΕΝΕ ΜΕΡΕΝΤΙ

STIANO KAESTNERO

ΚΑΛΩΣ ΔΙΑΚΟΝΗΣΑΝΤΙ

ΕΤ ΒΕΝΕ ΜΕΡΙΤVRO

NI CHRISTIANO  
VIRTHGENIO

ΚΑΛΩΣ ΔΙΑΚΟΝΗΣΟΝΤΙ

RO MICHAELIS 1751  
GRATVLATVR  
AFRA

DRESDAE

X OFFICINA HARPETERIANA.



Farbkarte #13

